UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Maturino co[n]fessore. Cap[itulum]. vi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

aperto ſaro: corpus illius a xpianis repertum: dignoqꝫ honore conditū eſt kalen. nouembris.

❡De ſancto Uigore epiſcopo. Cap.v.

Uigor epiſcopꝰ claruit tēpore childeberti regis frācorum apud oppidū baiocenſe: qui attrebatenſe ciuitate nobilibus ⁊ fidelibus parentibꝰ natus: intra ſancti vedaſti monaſterium habitabat. Dum aūt parētes illū inde retrahere vellent: vt ipm haberent in eoꝝ hereditate ſuperſtitē: ille aſſumpto puero theodemiro ſeculū reliquit: ⁊ neſciēs quo pergeret: peregrinari cepit: atqꝫ ad regionem baiocem deuenit: vbi ab āgelo in ſomnis admonitus ad vicū redeuerū perrexit: illicqꝫ edificato monaſterio ieiunijs ⁊ orationibus deo ſeruiebat: multoſqꝫ ad dominū conuertebat. ❡Dum aūt filiū paruulum mulieris xpiane cōuerſum baptizaſſet: illeqꝫ ſubita febre mortuꝰ eſſet: mater pueri cadauer in lectulo ſuo repoſuit: ⁊ ad vigorē accedens: mortem filij cū lachrymis nūciauit. Pro quo ſanctus vir orationē effudit: ⁊ matrem ad domū reuerti mādauit: que iuſſu illius rediēs filiū ſibi viuū occurrētem recepit. Propter qꝺ miraculū multi languentes ad eū accedebant: ⁊ tactu illius ſani redibant: plurimiqꝫ ad fidez cōuerſi in xpm credebāt. ❡Hic de poſſeſſione viri cuiuſdā ſerpentē q̄dragintа pedes in longitudine habentē: qui ſolo flatu hoīes ⁊ pecora occidebat: orario ſuo vt catulū manſuetū ligauit: ⁊ vinctū theodemiro miniſtro ſuo tradidit: quē ille ipm ſequentē iuſſu magiſtri ad mare ligatū deduxit: ⁊ in vndis demerſit. ❡Aliuz quoqꝫ ſerpentē de loco: qui dicit̄ ceila: ⁊ tertiū de loco: qui dicit̄ cāmoron ſilr̄ eiecit. ❡Defuncto ẜo epiſcopo baiocenſe a clero ⁊ pp̄lo in epiſcopatu electus eſt. Cuz aūt comes bathyldus poſſeſſionem quandā epiſcopatus a ſe occupatam arari faceret: de equo ſubito corruēs expirauit. Sanctus aūt vir multis clarus ẜtutibus ſenex ⁊ plenus dierū in pace quieuit kalen. nouembris. Sepultuſqꝫ eſt in eccleſia baiocenſi.

❡De ſancto Maturino cōfeſſore. Cap.vi.

Maturinꝰ cōfeſſor apud ſenonenſem ciuitatez tēpore maximiani imperatoris claruit. Qui ex p̄re marino eiuſdem ciuitatis nobile ac gentile ꝓgenitus: qui et precepto maximiani chriſtianos perſequebatur: ipſe clanculū animo ſolo chriſtianus exiſtens: pro parentum ſalute ad dominū exorabat. Audiuitqꝫ a domino ꝙ ei ab eo poſtulata darentur. Et poſt dies paucos mater eius ad chriſtum conuerſa: dn̄ patri candē conuerſionē ſuaderet. Ille ei reſpōdit ꝙ in nocte precedente per viſum acceperat: ꝙ filio ſuo in cuſtodiaz data fuiſſet ouiū multitudo. Unde ipſe marinꝰ cum vxore et filio maturino annorum viginti a ſctō policarpo epiſcopo baptizati ſunt. ❡Cuz autem diabolus filiaz maximiani imperatoris oppreſſiſſet: ⁊ per os puelle clamaret ſe a nullo hominū: niſi a maturino ſenonenſi eijciendum: populum quoqꝫ romanū a clade epidemie: quā incurrerat eiuſdem meritis liberandū. Imperator ad ſenoneñ. ciuitatē miſit: ⁊ maturinū ad ſe accerſiuit. Qui romā cum multo honore perductus: prius a comitibus iuramentū accepit: vt ſi cum rome aut in via mori contingeret: corpus eius ad propriā patriam reportarent. Ueniens ergo maturinus romā: imperatoris filiā a demonio liberauit: populo quoqꝫ ſalutē a peſtilentia ſuis orationibus impetrauit. Et poſt hec ibidem in pace quieuit kalen. nouembris. Cuius corpus dū in quodā tumulo poſuiſſent: die ſequenti exhumatū inuenerunt. Recordati autē promiſſionis ⁊ iuramēti: corpus roma ad galliam tranſportarūt: ⁊ ibidem illud iuſſu imperatoris digno honore condiderūt apud ſenonis ciuitatem: vbi ⁊ miraculis claret.

❡De ſancto Marcello epo. Cap.vij.

Marcellꝰ epiſcopꝰ pariſiorꝫ fuit: qui apud eādez vrbē merito ſanctitatꝫ nō modico claruit. De q̄ illō memorabile reperit̄: ꝙ exnō adhuc iuuenis vt dignꝰ monſtraret̄ futurꝰ antiſtes: eius merito tunc aqua in vinū: tūc ẜo mutata eſt in balſamū. Hic etiā inter alia ẜtutū eius miraculoſa inſignia: puellam a morte corporis ſuſcitauit. Qui apud eādem vrbem pariſiēſem ſanctitate clarꝰ in pace quieuit kalen. nouembris ibidem ſepultus.

❡De commemoratione omniū mortuorum. Cap.viij.

Ommemoratio oīm fideliuz defunctoꝝ ſequēti die a feſto oīm ſctōꝝ fieri ab eccl'ia inſtituta eſt: videlz. iiij. non. nouēbris: vt gn̄alibꝰ aliqn̄ ſuffragijs adiuuētur: q̄ ſpecialia habere nō